



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Totivs Tractatvs De S. Matrimonij
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

Sánchez, Tomás

Coloniæ Agrippinæ, 1624

6. Denuntiatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41559

Denunciatio.

1 Denunciare impedimenta matrimonij occulta tenetur, qui ea nouit, & correctio pretermittenda, si probabilis extat spes, ut profit. Non tamen tenebitur denunciare, si timeat probabiliter magnum scandalum. Tenebitur tamen, quamvis acceperit impedimentum sub secreto, & confessionis secreto, cum tamen non sit vera confessio. Item tenetur, si audiuit a persona digna, ea non denuntiante antea secus, si non est fide digna, leuisque reputatur eius dicto denuntians, & si audiuit, & non meminit a quo audiuit, vel audiuit a persona nihil certumscienti. Consulendum est tamen huic audienti a non fide dignis personis, ut faciat illas restitucari, quando impedimentum non est infamatorium. Item non tenetur denunciare, si nouit, contrahentes impetrasse dispensationem occultam pro conscientie foro, cum sit impedimentum occultum, *libr. 3. tota dis-*
dsp 13.

2 Denuntiationes non sunt de matrimonij essentia: sunt tamen de pracepto obliganti ad mortale eas omittere, vel non facere eas in utriusque parochia. Secus dicendum, si omittatur una ex tribus, quando moraliter creditur, nullum esse impedimentum, vel quando non sunt continuæ, & magnum non intercedit spatium inter unam, & alteram, *libr. 3. tota dis-*
putat. 5.

3 Denuntiationes debent fieri in utriusque paro-

parochia contrahentis à proprio parocho, vel
alio de eius licentia, & debent fieri in paro-
chia, vbi diutius habitarunt. Non tamen fa-
cienda, vbi est moderna habitatio: nec vbi est
antiqua, si consanguinei contrahentium ibi
non sunt, sed tunc debent fieri vbi sunt. Et de-
bent fieri tribus diebus continuis festiis, &
nō debet immediatè se subsequi, & si sola vna
præmittatur, non debet statim matrimonium
celebrari, & debent fieri inter missarum solé-
nia. Tamen sufficit, vt siant in locis publicis
competentibus. Idem dicendum, quamuis nō
sit dies festivus, & aliqua ex causa est magnus
concursum populi ad Ecclesiam, lib. 3. tota di-
sp. 6.

4 Denuntiationes repetendæ sunt, quando
factis matrimonium differtur, vel matrimo-
nium, in quo sunt factæ, fuit irritum, sed in-
staурatur in foro extero, nisi paulo ante præ-
missæ essent, l. 8. d. 35. n. 20.

Dignitas.

1 Vicarius capituli, sede vacante, habet di-
gnitatem requisitam, ut possit esse delegatus
Pontificis. Item Vicarius Episcopi confirma-
ti, & nondum consecrati. Item Vicarius Præ-
latorum habentium iurisdictionem quasi E-
piscopalem in sua diœcesi nulli Episcopo sub-
dita, l. 8. d. 27. à nu. 32. usque ad 35.

Dispensatio.

1 Habens priuilegium dispensandi in casi-
bus Episcopi, non potest dispensare, quando
Epis-